

Bibliographische Daten

Titel: [...] Socrates Kosmopolitēs, Ideam Non umbratilis, sed veri
Philosophi Ac Politici Repraesentans, oratione Publica In Incluta
Altdorffina d. XVI. Ian. A. MDCLXVII.

Ersteller: Johann Wilhelm Baier

Signatur: Will. V. 1177. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

*tantem sustinere, integritatēq; restituere poterant. Malui ego
vita quàm scholæ discere; & (ringantur qui volent) mea cum
Æschylo sententia constans hæc est:*

Lips. 1. Pol.
c. 10. p. m.
57.

*Ὁ γρηγορὲς εἰδὼς, ἔχ' ὁ πολλὸν εἰδὼς, σοφός.
Qui fructuosa, non qui multa scit, sapit.*

Tom. 2.
in vitâ.
Orsin.
Mant. Ac.
Phil. p.
445.
de vitis
Phil. ap.
Laert. p.
m. 564.
p. m. 51.

in fug.
cap. 85.

ep. 82. sub
finem.

Pref. 1. li
br. de Cōst.

Præclara, mehercule, nec ab ullo Philosopho gravior ex-
pectanda gnome: Eja vicisti Socrates! fume palmam, ti-
biq; gratulâre! denso agmine stipant tibi latera viri rei li-
terariæ Principes, atq; idem tecum omnes inculcant. Pri-
mum vide Philosophum Demonactem, de quo refert
Lucianus, vir ad concitandum risum factus, (uti Eunapio
nuncupatur) quod aliquando, duos de re quâpiam ineptè
disputantes audiens, dixerit. *Amici, quid vobis videtur?*
nonne iste hircum mulget, & ille cribrum supponit? Advolat
Apicula illa Attica, Isocrates, dictumque σίμφωνον, velut
symbolam confert, quando ad Nicoclem ita: *Sapientes*
existima non eos, qui de rebus minutis curiosè rixantur; sed
qui de maximis rebus egregiè dicunt: nec eos, qui aliis felici-
tatem pollicentur, cum ipsi multarum rerum inopiâ laborent;
sed eos, qui, cum de se modicè dicant, tamen & negotia dextrè
obire, & inter homines versari commodè possunt, nec in vitæ
mutationibus perturbantur, sed pulchrè moderatèq; ferre tam
secundas, quàm adversas res didicerunt. Cingat latus Ora-
toris Marius Sallustianus; *Parum mihi, inquit ille, place-*
bant e& literæ, quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt.
Excipiat hunc; ille omni nostrò encomiò major, Seneca,
qui itidem pollicem nobis premit, scribens: *Verba mihi*
captiosa componis & interrogatiunculas nectis? — Acuta qui-
dem sunt ista, quæ dicis; sed & nihil est acutius aristâ. Quædam
inutilia & inefficacia ipsa subtilitas reddit. Succedat hujus
imitator felicissimus, Lipsius: *Quæ contentiones ubiq; di-*
cit ille, quarixæ? & cum omnia fecerint, cum cælum & ter-
ram